

EXEMPLAR VIII

IDIBVS OCTOBRIBVS

MCMLXXVIII

LIBELLVS

MENSVALITER

EDITVS

RVMOR
VARIVS

RVMOR VARIVS

RVMOR VARIVS a magistris et
a studiosis AKADIS editur

RVMOR VARIVS duodecies in
singulos annos editur

Editio: CCCXXX

Pretium subnotationis:
(quotannis)

In Helvetia	Fr.	8.80
In Germania	DM	14.50
In Austria	öS	90.--
In reliqua Europa	Fr.	15.--
In terris trans maria sitis	Fr.	8.80*

*et pretium
mittendi

Speciminis exempla gratis
mittuntur, ubi id rogatur

Collegium redactorum:

Ulricus Aeschlimannus
Thomas Wichtermannus
Heinz Hürzelerus

Impressum et acceptio rerum
legentibus publicandarum:

Franciscus Bachmannus

Typographæum:

Copy Quick, Turicum

Domus editoria:

RVMOR VARIVS
Postfach 883
CH-8050 Zürich

Epistulae, mandata:

RVMOR VARIVS
Postfach 883
CH-8050 Zürich

Institutum pecuniarium:

Societas Helvetica institu-
torum pecuniariorum SHIP

Conto:

RVMOR VARIVS 806.134 J 1 A

RVMOR VARIVS wird von den
Lehrern und Studierenden
der AKAD herausgegeben

RVMOR VARIVS erscheint
12 Mal jährlich

Auflage: 330

Abonnementspreis:
(jährlich)

Schweiz	Fr.	8.80
Deutschland	DM	14.50
Oesterreich	öS	90.--
übriges Europa	Fr.	15.--

Uebersee Fr. 8.80*
*zuzüglich Porto

Einzelne Probenummern kön-
nen gratis bezogen werden

Redaktionsteam:

Ulrich Aeschlimann
Thomas Wichtermann
Heinz Hürzeler

Graphik und Layout:

Franz Bachmann

Druck:

Copy Quick, 8001 Zürich

Verlagsadresse:

RVMOR VARIVS
Postfach 883
CH-8050 Zürich

Inserate, Korrespondenz:

RVMOR VARIVS
Postfach 883
CH-8050 Zürich

Bankverbindungen:

Schweizerische Bankgesell-
schaft SBG

Konto:

RVMOR VARIVS 806.134 J1A

PRÆFATIO

Ulricus Aeschlimannus omnibus legentibus s.d.p.:
In hac praefatione, cari amici RVMOREM VARIVM
legentes, extra ordinem de malo conqueri debeo.
Apparet enim plures RVMOREM VARIVM amantium a
scribendo ratam partem pro RVMORE VARIO abhorre-
re. Imprimis illud exemplar libelli, quod Idibus
Septembribus editum erat, minimas ratas partes
vestra manu scriptas continuit, ut paene credam
editionem eius in oblivionem adductam esse!

Qua re ego miratus hodie iterum illud repete-
re volo, quod iam in alio exemplari nostri li-
belli aliquando scripsi: Utinam omnes, qui lin-
guam Latinam ament, libellum nostrum non solum
legant, sed etiam sua manu ratas partes scribant
et ad publicandum in nostro libello nobis mit-
tant! Ratae partes errores grammaticos continen-
tes a nobis prius emendatae erunt quam publica-
buntur. Quam ob rem nemo timeat, ne suae ratae
partes aliquos errores continentes sibi nescio
quod dedecus allaturae sint! Paene semper sine
mendis in libello nostro divulgabuntur, quia nos
omnes homines secundum illud praeclarum prover-
bium ERRARE HVMANVM EST erroribus non vacamus:
etiam redactores linguae Latinae periti corri-
gendis ratis partibus interdum aliquae menda
praeterimus, quae non videmus! Spero vos illum
in hoc libello a me descriptum indicem verborum
Latinorum modernorum aut alium indicem illi si-
milem empturos esse, quo sententias vestras Ger-
manorum lingua finctas melius in Latinam sermonem
transferre possitis. Numquam obliviscamini li-
bellum nostrum ex ratis partibus a vobis scrip-
tis missisque vivere!

Ceterum etiam memores sitis diem ultinam mit-

tendi ratam partem RVMORI VARIO esse semper quintum diem unius mensis. Semper ratam partem vestram usque ad eum diem mittatis, ut libellus noster semper diligenter Idibus edi possit. Gratias vobis ago! Valete!

Ulricus Aeschlimannus, redactor



Thomasus Wichtermannus lic.phil.I

Thomasus Wichtermannus omnibus legentibus s.p.d. Undetriginta annos natus sum et disciplinis haec scholae studeo. Turici habito. Inde Ulrici Aeschlimannomme redactorem addo in tempus futurum.

EPISTVLÆ 'RVMORI VARIO' SCRIPTÆ

MONTES POPYRI NON USI

In libello a 'World Wildlife Fund' edito nuper dissertationem legi, quam vobis fraudare nolo. In hac dissertatione sub titulo 'Montes papyri non usi' scriptum est quod infra sequitur: "Sedemus apud Helvetios in montibus papyri veteris quod apud nos papyrus pro protectione naturae confectus popularis non est", aiunt mercatores, qui vetere papyro agunt. XLV pro centum ex omni vetere papyro in Helvetia collecto ad novum usum regeneratur. Sed desiderium huius papyri regenerati apud Helvetios non magnum est. Copia papyri necessarii tantum inter V et X pro centum constat. Nescio quae opinio praeiudicata est, quae usum veteris papyri regenerati impedit. Haec sunt ita, quamquam viri suae artis peritissimi censent hunc papyrum novi generis naturae parcentem non modo non peiorem esse quam omnem alium papyrum, sed etiam parviore pretio confici posse.

Hic papyrus novi generis 'PAPYRVS NATVRAE PARCENS' appellatur, quod conficiendo neque lignum neque cellulosa consumitur et quod quo facto centuplex minus aquae et XLV pro centum minus electricitatis adhibendum est quam si papyrus novus conficitur.

Ergo papyro novo naturae parcente terrae nostrae carae valde parcitur. Cur RVMOR VARIVS non hoc papyro editur?

Regula Kùng, quondam 6B


Alacria

OPINIONES VARIAE

Magister discipulos interrogat: "Quis primus homo fuit?" - Discipuli cogitant. Subito parvus Iosephus nuntiat: "Wilhelmus Tellus fuit!" Magister caput agitat: "Nemo vestrum scire videtur Adamum Evamque primos homines fuisse!" - Statim parvus Iosephus respondit: "Nimirum verum dicis, sed tantum, si etiam alienigenas homines esse censes!"

Andreas Sutterus (5B)

LIBER FACILIS



Domina in librariam venit: "Librum emere volo."
Bibliopola: "Debetne esse liber facilis?" Domina:
"Non debet, vehiculum ante portam habeo!"

Regula Küng (quondam 6B)

Aenigma

QVO PRAEMIUM ACCIPI POTEST!

QVODQVE AENIGMA RECTE SOLVTVM ET RVMORI VARIO
MISSVM AD SORTEM REVOCABITVR!


DIES MITTENDI VLTIMA: IDIBVS NOVENBRI BVSVS
(MCMLXXVIII)

PRAEMIA SVNT:

primum praemium: liber

secundum praemium: candelabrum parvum

tertium praemium: candelabrum parvum



Ad perpendicularum:
1. participium perfectum
2. precor
3. sive (aliter dictum)
4. per errorem
5. ... VARIVS
6. missus (PP Abl.Sg.m.)
7. sicut 7 ad libram
9. cor dono
16. inter semel et ter
17. inflammo
19. coniunctio (finalis)

Ad libram:
2. divitiae aut auxilium
4. locus rerum venalium
7. cor dona!
8. brevius quam iracundia
10. 2000
11. fines (pl)
12. 1001
13. disciplina
14. sicut XVIII ad libram
15. demitto, tego, premo
18. pron. possessivum
(Abl.Sg.m)

POETA VATES ET SCALERIS VESTIGIA NOSTRI

Ad civilem communitatem Romani se omnes coniunctos esse sciebant. Mirabile ergo non est praeclarissimorum oratorum poetarumque opera cum re publica semper coniuncta fuisse. Cato Ciceroque rei publicae saluti studebant. Hi ingenio inter se differunt, sed ea iis communia: intacta sit a cupiditate sceleribusque res publica. Sed primo saeculo a. Chr. n. multi tumultus cives probos perterruerunt. Cicero Caesarque a coniuratis necati sunt. Denique Augusto imperante reddit pax; imperator a P. Virgilio salvator mundi celebratus est. Hoc ipso tempore poetae vates appellabantur: poeta enim omnibus hominibus vaticinandi facultate praestare dicebatur. Is non parvam expectationem imitandae pristinae iustitiae sustinebat. Iustitia deus facta est. Notum est hoc P. Virgili carmen, in quo puer mundum regnabit, cui patriae virtutes pacem ferebant. Fuitne Virgilius primus Christianus?

Thomasus Wichtermannus, r.

VIGILII ECLOGA IV

Sicelides Musae, paulo maiora canamus!
non omnis arbusta iuvant humilesque myricae —
si canimus silvas, silvae sint consule dignae.

Ultima Cumaevi venit iam carminis aetas,
magnus ab integro saeculorum nascitur ordo.
iam redit et Virgo, redeunt Saturnia regna,
iam nova progenies caelo demittitur alto.
tu modo nascenti puero, quo ferrea primum
desinet ac toto surget gens aurea mundo,
casta fave Lucina: tuus iam regnat Apollo.

Teque adeo decus hoc aevi, te consule inibit,
Pollio, et incipient magni procedere menses.
te duce, si qua manent sceleris vestigia nostri,
inrita perpetua solvent formidine terras.
ille deum vitam accipiet divisque videbit
permixtos heroas, et ipse videbitur illis
pacatumque reget patriis virtutibus orbem.

At tibi prima, puer, nullo munuscula cultu
errantis hederas passim cum baccare tellus
mixtaque ridenti colocasia fundet acantho.
ipsae lacte domum referent distenta capellae
ubera, nec magnos metuent armenta leones;
ipsa tibi blandos fundent cunabula flores.
occidet et serpens, et fallax herba veneni
occidet; Assyrium volgo nascetur amomum.

At simul heroum laudes et facta parentis
iam legere et quae sit poteris cognoscere virtus,
molli paulatim flavescet campus arista,
incultisque rubens pendebit sentibus uva,
et durae quercus sudabunt roscida mella.

Pauca tamen suberunt priscae vestigia fraudis,
quae temptare Thetin ratibus, quae cingere muris
oppida, quae iubeant telluri infundere sulcos.
alter erit tum Tiphys et altera quae vehat Argo
delectos heroas; erunt etiam altera bella,
atque iterum ad Troiam magnus mittetur Achilles.

Hinc, ubi iam firmata virum te fecerit aetas,
cedet et ipse mari vector, nec nautica pinus
mutabit merces: omnis feret omnia tellus.
non rastros patietur humus, non vinea falcem,
robustus quoque iam tauris iuga solvet arator,
nec varios discet mentiri lana colores,
ipse sed in pratis aries iam suave rubenti
murice, iam croceo mutabit vellera luto.
sponte sua sandyx pascentis vestiet agnos.

„Talia saecula“ suis dixerunt „currite!“ fusis
concordes stabili fatorum numine Parcae.

Adgrederere o magnos (aderit iam tempus) honores,
cara deum suboles, magnum Iovis incrementum!
aspice convexo nutantem pondere mundum
terrasque tractusque maris caelumque profundum!
aspice, venturo laetentur ut omnia saeculo!

O mihi tum longae maneat pars ultima vitae,
spiritus et quantum sat erit tua dicere facta:

non me carminibus vincat nec Thracius Orpheus
nec Linus, huic mater quamvis atque huic pater adsit,
Orphei Calliopea, Lino formosus Apollo!
Pan etiam, Arcadia mecum si iudice certet,
Pan etiam Arcadia dicat se iudice victum.

Incipe, parve puer, risu cognoscere matrem:
matri longa decem tulerunt fastidia menses.
incipi, parve puer: cui non risere parentes,
nec deus hunc mensa, dea nec dignata cubili est.

interpretationem sequente in libello dabimus

Ich bestelle RVMOR VARIVS
für mich:

Ich bestelle RVMOR VARIVS
als Geschenk für jemand
andern:
(Mit Rechnung an obige Ad-
resse)

RVMOR VARIVS
Postfach 883

CH- 8050 Zürich

SOLVTIONES

De solutionibus nobis missis sortes coniecimus.
Hic sunt, qui primum, secundum, tertium prae-
mium accipient:

1	L	2	A	3	C	4	U	5	N	6	O	7	S	U	8	P
8	A	M	O	R				S	U							
9	C	O	N	O	10	R		11	P	O	E					
	E		S			12	E	13	M	E						C
14	D	I	E	S				15	A	R	C	U				
	A		C			16	U	N	V							L
17	E	R	R	O	R			18	A	M	A					
	M		A			19	S	20	I	C						B
21	O	22	P	T	O			23	D	A						U
24	N	A	I	A	25	S		26	N	O	N					
27	I	N	O	P	I	A	E									D
	U		N					28	U	S	U					
29	S	P	E	C	I	O	S	U	S							

primum praemium:

Herr
Albert Zwicker
8810 Horgen

secundum praemium:


Fräulein
Elisabeth Lang
5200 Brugg

tertium praemium:

Fräulein
M.E. Wettstein
8702 Zollikon

HIC SOLVTIONEM INSCRIBE
ET CHARTAM MITTE!

DOMICILIVM MEVM:



RVMOR VARIVS
Postfach 883

CH- 8050 Zürich